



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Inter Professos Societatis adscribitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ceptas inuexit. Romam vt venit, solennia quatuor Professorum societatis Vota pridie Natalis Deiparæ septimo die Septembris ex B. Ignatij sententia concepit. Eiusdem mox imperio vna cum Iaio, ac Salmerone ex itinere suscepit Bononiæ Doctorum insignia die B. Francisco solenni nono seculi eius, & quadragesimo anno.

*Inter Professos Societatis adscribitur.  
Bononie Doctor erat.*

Inde tres pariter in Germaniam progressi cū peruenissent Dilingam, ab Cardinali Augustano summa caritate excepti, ægrè tenuerunt, ne sibi Canisium auferret ad Collegij præfecturā, quod Dilingæ, nihil dum de tradendo eo Societati cogitans, inchoarat. Magno posthæc honore à Duce ipso Monachij, deinde Ingolstadij ab Episcopo Eistettenfi Mauricio, qui Academiæ Cancelarius erat, excipiuntur. Nam ipsem Episcopus, Doctoresque omnes, atque Magistri ad eos consalutados honorificè in domicilium processere: habitaque ab eorum uno plena gratulationis oratio est. Cui ex tempore, & eleganter communi sociorum nomine respondit Canisius. Idem continuo, & Salmeron aggressi docere (nam Iaius ad noui anni reseruatus initia) Orationum prolusiones habuerunt eiusmodi, vt doctissimi qui que-

*Ingolstadij  
Theologiana  
docet.*

G 2                    prælo